

Laurentius von Brindisi, In festo Corporis Christi

Laurentius von Brindisi, Predigt zum Fronleichnamfest

LAURENTIUS VON BRINDISI, *Codex Vindobonensis. Sermones de tempore. Adiectis opusculis. I. De rebus Austriae et Boihemiae, II. De numeris amorosis*, in: *Opera omnia* 10/2, Patavii 1956, 341–350.

Im Rahmen des Forschungsseminars „Text and Interpretation. Reading and understanding pre-modern theology“ (Prof. Dr. Thomas Prügl, 2023WS)

übersetzt von BEATRIX PAUSZ

<p><i>Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui, etc.</i> (Pericope huius diei Io 6, 56-59)</p> <p>I. De augustissimo et divinissimo Sacramento, cui a Sancta Ecclesia Catholica summa cum veneratione hodierna solemnitatis dedicata est, duo vel maxime in hodierno Evangelico traduntur a Christo: alterum est veritas, alterum utilitas; veritas quoad substantiam Sacramenti, utilitas quoad effectus et operationes mirabiles; veritas quoad se, utilitas quoad nos. <i>Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus</i>, haec est veritas; <i>Qui manducat hunc panem vivet in aeternum</i>, haec est utilitas. Quoad veritatem magnum miraculum est, quod vero ad utilitatem spectat magnum, summum, infinitum beneficium. <i>Caro mea vere est cibus</i>, hoc dicitur quoad veritatem divinissimi huius Sacramenti. Dixerat paulo ante haec verba Dominus: <i>Ego sum panis</i></p>	<p><i>Denn mein Fleisch ist eine wahre Speise und mein Blut ein wahrer Trank. Wer, etc.</i> (Joh 6,56-59)</p> <p>I. Von dem erhabensten und göttlichsten Sakrament, dem die Heilige Katholische Kirche dieses heutige Hochfest mit höchster Verehrung widmet, werden uns von Christus im heutigen Evangelium vor allem zwei Dinge mitgegeben, nämlich dessen Wahrheit und Nutzen; Wahrheit hinsichtlich der Substanz dieses Sakraments, Nutzen hinsichtlich der Wirkung und der wunderbaren Werke; Wahrheit in Hinsicht auf ihn, Nutzen in Hinsicht auf uns. <i>Mein Fleisch ist eine wahre Speise und mein Blut ist ein wahrer Trank</i>, das ist die Wahrheit; <i>Wer dieses Brot isst, wird in Ewigkeit leben</i>, das ist der Nutzen. Was die Wahrheit betrifft, ist dieses Sakrament ein großes Wunder; in Bezug auf den Nutzen aber ist es ein großer, höchster und unendlicher Segen. <i>Mein Fleisch ist eine wahre Speise</i>, das wird hinsichtlich der Wahrheit dieses höchst göttlichen Sakraments gesagt. Kurz vor diesen Worten hat der HERR gesagt: <i>Ich bin das lebendige Brot, das</i></p>
--	---

vivus qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum, et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita; et item: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. Ne quis existimaret eum metaphorice esse locutum, subiunxit: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Cum audissent Iudaei verba superius posita: Panis quem ego dabo caro mea est, litigabant dicentes: Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? Ipse subiunxit: Nisi manducaveritis carnem, etc.; qui manducat meam carnem, etc. Hinc quasi interrogatus tacitis cogitationibus Dominus verene an metaphorice loqueretur de esu carnis suae, ait: caro enim mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Proprie, inquit, non metaphorice loquor. Hinc multi ex discipulis eius, hoc audito, dixerunt: Durus est hic sermo et quis potest eum audire? Quapropter abierunt retrorsum eumque penitus reliquerunt.

II. Quoniam vero haeretici Sacramentarii, qui tanquam caeci in meridie palpant, clarissimam divinae huius veritatis

vom Himmel herab gekommen ist; wer von diesem Brot isst, der wird in Ewigkeit leben; und das Brot, das ich geben werde, ist mein Fleisch, das ich geben werde für das Leben der Welt; und ebenso: Wenn ihr nicht esst das Fleisch des Menschensohns und trinkt sein Blut, so habt ihr kein Leben in euch. Wer mein Fleisch isst und mein Blut trinkt, der hat das ewige Leben und ich werde ihn am Jüngsten Tag auferwecken. Damit niemand denken könnte, er habe im übertragenen Sinn (metaphorisch) gesprochen, fügte er hinzu: Mein Fleisch ist eine wahre Speise, und mein Blut ist ein wahrer Trank. Als die Juden diese oben zitierten Worte hörten: Das Brot, das ich geben werde, ist mein Fleisch, stritten sie und sagten: Wie kann dieser uns sein Fleisch zu essen geben? Jesus fügte hinzu: Wenn ihr das Fleisch nicht esst, etc.; Wer mein Fleisch isst, etc. Daraufhin sagte der HERR, als wäre er im Stillen gefragt worden, ob er wörtlich [bzw. wahrheitsmäßig] oder metaphorisch über das Essen seines Fleisches gesprochen habe: Mein Fleisch ist nämlich eine wahre Speise und mein Blut ist ein wahrer Trank. Im eigentlichen Sinne, sagt er, nicht im übertragenen Sinn spreche ich. Daher sagten viele seiner Jünger, als sie dies hörten: Das ist eine harte Rede; wer kann sie hören? Deswegen wandten sie sich ab und verließen ihn geradewegs.

II. Weil aber die häretischen Sakramentarii wie Blinde zu Mittag herumtasteten und vom Satan blind gemacht das klarste Licht dieser göttlichen

lucem a satana excaecati minime videntes, somniant figuratam esse hic locutionem: *Caro mea vere est cibus*, et: *Hoc est corpus meum*, sicut ibi: *Semen est verbum Dei*, idest symbolum et figura verbi; itemque: *Petra erat Christus*, idest typus et figura Christi, opere pretium erit nonnihil de veritate huius divinissimi Sacramenti ad eos revincendos in medium afferre.

In primis autem ita dicitur: *Caro mea vere est cibus*, et: *Hoc est corpus meum*, *hic est sanguis meus*, sicut: *Hic est Filius meus dilectus*; *Verbum caro factum est*; *Ego et Pater unum sumus*, itemque: *Deus erat Verbum*, per quae fide creduntur mysteria Incarnationis, Trinitatis, divinitatis Christi. Si figurata locutio est: *Hoc est corpus meum*, cur non etiam: *Hic est Filius meus*? *Verbum caro factum est*? *Ego et Pater unum sumus*? Ita ut sicut negatur veritas Sacramenti, ita etiam neganda sit veritas Incarnationis, Trinitatis, divinitatis Christi? Ubinam dicit Scriptura hanc esse figurationem locutionem: *Hoc est corpus meum*; *Hic est sanguis meus*; *Caro mea vere est cibus*, non autem illas? Nam Ecclesia catholica ab initio semper uno eodemque modo, simpliciter, absque ulla figura intellexit crediditque has locutiones sicut illas, et ita credidit hoc mysterium sicut illa, adeo ut cum primum ortum fuit monstrum

Wahrheit überhaupt nicht sehen, irrlichtern sie, dass die Aussage an dieser Stelle bildlich zu verstehen sei: *Mein Fleisch ist eine wahre Speise*, und *Das ist mein Leib*, ebenso wie dort: *Der Same ist das Wort Gottes*, d.h. ein Symbol und Bildwort für das Gotteswort; ebenso: *Der Fels war Christus*, d.h. ein Typus und ein Vorausbild von Christus, daher wird es sich lohnen, etwas über die Wahrheit dieses göttlichsten Sakraments zu sagen, um sie zu widerlegen.

V. a. aber wird gesagt: *Mein Fleisch ist eine wahre Speise*, und: *Das ist mein Leib*, *das ist mein Blut*, genauso wie: *Dies ist mein geliebter Sohn*; *Das Wort ward Fleisch*; *Ich und der Vater sind eins*; und *Gott war das Wort*, durch diese Aussagen werden im Glauben die Geheimnisse der Inkarnation, der Trinität und der Gottheit Christi gehalten. Wenn „*Das ist mein Leib*“ das ein bildlicher Ausdruck sein soll, warum nicht auch: *Das ist mein Sohn*? *Das Wort ward Fleisch*? *Ich und der Vater sind eins*? Ist dann, so wie die Wahrheit des Sakraments geleugnet wird, nicht auch die Wahrheit der Inkarnation, der Trinität und der Gottheit Christi zu leugnen? Wo sagt denn die Schrift, dass es sich hier – *Dies ist mein Leib*, *Dies ist mein Blut*; *Mein Fleisch ist die wahre Speise* – um eine übertragene Rede handelt, bei den anderen Stellen aber nicht? Denn die katholische Kirche hat diese Aussagen genauso wie jene von Anfang an immer auf ein und dieselbe Art verstanden und geglaubt, nämlich einfach, und ohne jegliche Bildhaftigkeit. Und so hat sie auch dieses Geheimnis wie die anderen festgehalten, so sehr, dass, als erstmals dieser

hoc erroris per Bertramum,¹ quemdam obscurum hominem, ac postea per Berengarium, statim ad haeresim hanc profligandam multa coacta fuere concilia. Ostendant ergo ex verbo Dei summi hi verbi Dei iactatores esse figuratam locutionem hanc, potius quam illas, ut credamus eis. Nam in tot saeculis nemo unquam Sanctorum Doctorum figuram hanc vidit. Nam quod aiunt Christum sedere ad dexteram Patris, ergo esse non potest in altari, idest cum in uno sit loco, non posse in pluribus locis esse, perinde est ac si trinitarius dicat: Deus unus est, non potest ergo esse Trinus. Ubi dicit Divina Scriptura non posse Deum facere ut unum corpus sit in pluribus locis? Deum omnipotentem praedicat: *Non est impossibile apud Deum omne verbum.* Potest Deus plura facere, ut Paulus ait, quam nos intelligere; potest de lapidibus suscitare filios Abrahae; per foramen acus camelum transire facere.

Deinde scire vellem ab his summis theologis, cur credunt quod minus clarum est in Scripturis, non autem quod magis clarum est? Nam mysterium quidem Trinitatis minus clarum est: *Ego et Pater unum sumus*, non dicitur unum vere; et amplius legimus: *Rogo, Pater,*

ungeheuerliche Irrtum von Bertram,³ einem obskuren Menschen, und später von Berengar aufgebracht wurde, sofort viele Konzilien einberufen wurden, um diese Häresie niederzuschlagen. Mögen daher jene höchsten Prahler des Wortes Gottes aus dem Wort Gottes zeigen, dass es sich hier eher um eine bildliche Rede handelt, als bei den anderen, damit wir ihnen glauben. Denn über viele Jahrhunderte hinweg hat niemals je einer der Kirchenväter darin eine bildliche Redeweise gesehen. Denn wenn sie nun sagen, dass Christus zur Rechten des Vaters sitzt und er daher nicht auf dem Altar anwesend sein kann, d.h. wenn er an einem Ort ist, er nicht an mehreren Orten sein kann, dann ist es als ob der Trinitarier sagen würde: Gott ist einer, daher kann er nicht dreifaltig sein. Wo sagt denn die Schrift, dass Gott nicht bewirken kann, dass ein Leib an mehreren Orten sei? Sie verkündet ja, dass Gott allmächtig ist: *Nicht ist bei Gott jedes Wort unmöglich.* Gott kann weit mehr machen, als wir verstehen können, wie Paulus sagt. Er kann dem Abraham aus Steinen Söhne erwecken und ein Kamel durch ein Nadelöhr gehen lassen.

Dann würde ich gerne von diesen größten Theologen wissen, warum sie das glauben, was in der Schrift weniger klar ist, aber nicht das, was klarer ist? Denn das Geheimnis der Trinität ist sicherlich weniger klar: *Ich und der Vater sind eins*, es wird nicht gesagt wirklich eins; und weiter lesen wir: *Ich bitte, Vater, dass sie eins*

¹ Dahinter verbirgt sich Ratramnus v. Corbie.

ut sint unum sicut et nos unum sumus.
Sic dicebant Ariani, illud *unum sumus* significare unitatem voluntatis per caritatem et animorum concordiam, sicut: *Credientium erat cor unum et anima una*, non unitatem naturae et substantiae.

Praeterea mysterium Incarnationis minus clarum est: *Verbum caro factum est*; non dicitur vere caro factum, et alibi legimus: *In similitudinem carnis peccati*, itemque: *In similitudinem hominum factus*. Hinc Marcionitae et Manichaei figuratam dicebant locutionem: *Verbum caro factum est*; negabant enim Christum habuisse verum corpus.

At vero cum agitur de hoc mysterio, clarissime dicitur: *Hoc est corpus meum*, apud Matthaeum, apud Marcum, apud Lucam, apud Paulum *1 Cor 11*; Ioannes autem: *Caro mea vere est cibus*, quod non dicitur in mysterio Trinitatis: vere unum sumus, non in mysterio Incarnationis: vere caro factum est. Quid est *Vere est cibus*? Si vere, non ergo metaphorice. Nam si quis Apostulum praedicantem et docentem dicentemque audisset: Christus est vere Deus, Christus est vere homo, quomodo intellexisset figurate? Neque enim qui in scena personam regis agit dici potest vere rex, neque adulterina gemma potest dici vere gemma, nec adulteri-

seien, so wie wir eins sind. So sagten die Arianer, dass jener Ausdruck „eins sein“ die Einheit des Willens durch Liebe und Eintracht der Seelen bezeichnet, wie: *Die Gemeinschaft der Gläubigen war ein Herz und eine Seele*, nicht aber eine Einheit der Natur und der Substanz.

Außerdem ist das Geheimnis der Inkarnation weniger klar: *Das Wort ward Fleisch*; aber auch hier wird nicht gesagt, das es wirklich Fleisch wurde, und an anderer Stelle lesen wir: *In Ähnlichkeit des Fleisches der Sünde*, und ebenso: *In der Ähnlichkeit des Menschen geschaffen*. Daher sagen die Marcioniten und Manichäer, dass es eine übertragene Bedeutung ist: *Das Wort ward Fleisch*; sie leugnen nämlich, dass Christus einen wahren Leib hatte.

Aber wen es um dieses Geheimnis geht, wird ganz klar gesagt: *Dies ist mein Leib*, bei Matthäus, bei Markus, bei Lukas und bei Paulus *1 Kor 11*; Johannes sagt aber: *Mein Fleisch ist eine wahre Speise*, was er nicht vom Geheimnis der Trinität sagt: Wir [ich und der Vater] sind wirklich eins, auch nicht vom Geheimnis der Inkarnation: [Das Wort] ist wirklich Fleisch geworden. Was bedeute: *Wirklich ist er Speise*? Wenn wirklich, dann offensichtlich nicht metaphorisch. Denn wenn jemand den Apostel Paulus predigen, lehren und verkünden hörte: Christus ist wahrer Gott und Christus ist wahrer Mensch, wie könnte er das dann bildlich verstehen? Denn keiner, der in einem Theaterstück die Rolle des Königs spielt, kann wahrer König genannt werden und kein gefälschter Edelstein ein wahrer Edelstein und

num aurum vere aurum. Hic autem dicitur: *Caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus*, ita ut si clarioribus verbis exprimere mysterium hoc voluisset ad significandum se absque ulla figura, sed vere simpliciterque se locutum esse, vix scio quibus aliis uti potuisset, nec invenio in Sacris Litteris verba clariora, quibus cetera fidei et pietatis nostrae mysteria exprimantur.

Aut ergo nihil credendum firmiter est, aut penitus nihil credendum, si hoc credendum non est, quod tam expressis, tam claris, tam luculentis verbis in Divinis Litteris traditum est, ut nihil aliud clarius aut expressius, sicut cum Samaritani dixerunt: *Hic est vere Salvator mundi*, et sicut cum Moyses populo dixit: *Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum*.

III. Deinde quis unquam vidit prudentem legislatorem praecepta popularibus suis dantem sub verbis ambiguis et figuratis? Cum autem Christus hoc Sacramentum instituit, ait: *Hoc facite in meam commemorationem*. Amplius, quis unquam prudens testamentum condidit sub figuratis verbis? Ait autem: *Hic est sanguis meus novi et aeterni testamenti*. Praeterea quis unquam princeps, modo bonus sit, qui fallere nolit, fidelibus servis praemia promisit

kein gefälschtes Gold wahres Gold. Hier aber wird gesagt: *Mein Fleisch ist wahrhafte Speise und mein Blut ist wahrhaft Trank*. Hätte er also gewollt, dieses Geheimnis in klareren Worten auszudrücken, um zu zeigen, dass er es nicht bildlich meinte, sondern wirklich und eindeutig, dann wüsste ich kaum, welche andere Worte er hätte verwenden können, und ich finde auch in der Hl. Schrift keine klareren Worte, durch die die weiteren Geheimnisse unseres Glaubens und der Frömmigkeit ausgedrückt werden.

Entweder muss also nichts fest geglaubt werden, oder es muss gar nichts geglaubt werden, wenn nicht das geglaubt werden soll, was in den Heiligen Schriften in so ausdrücklichen, so klaren, so treffenden Worten überliefert ist, wie nichts anderes klarer und ausdrücklicher ist, so wie die Samaritaner sagten: *Dieser ist wahrlich der Heiland der Welt*, und wie Moses zum Volk sagt: *Das ist das Brot, das der HERR euch zu essen gegeben hat*.

III. Denn wer hat jemals einen klugen Gesetzgeber gesehen, der seinem Volk Gebote in mehrdeutigen und bildlichen Worten gegeben hat? Als aber Christus dieses Sakrament einsetzte, sagte er: *Tut dies zu meinem Gedächtnis*.

Weiters, welcher kluge Mann hat jemals ein Testament in bildlichen Worten verfasst? Er aber sagt: *Dies ist mein Blut des neuen und ewigen Testaments*. Außerdem, welcher Fürst, der nur so wenig gut ist, dass er nicht täuschen will, hat jemals seinen treuen Dienern Belohnungen oder Geschenke in bildlichen Redewendungen und in

aut munera sub tropis et figuris, sub aenigmatibus? Christus autem credentibus promisit divinum hoc panem. Ioh 6 ait enim: *Qui credit in me habet vitam aeternam. Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt. Ego sum panis vitae, hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur. Ego sum panis vivus qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum, et panis, quem ego dabo, caro mea, etc.*

Hinc autem liquet quod [non] loquitur Dominus de spirituali cibo per fidem, qua qui credit in Christum ipsum spiritualiter edere dicitur, nam panis hic non nisi iam credentibus promississet Christus. An non etiam qui sub lege et ante legem fuerunt fideles spiritualiter per fidem Christum manducaverunt credentes? Hinc Paulus ait *quod eamdem escam spiritualement manducaverunt*. Deinde, cum magnum quid promittat hic Christus, adeo ut panem hunc tanto praeferat mannae de caelo, quanto vita aeterna potior est temporalis, quam manna contulit conservando, si deinde nihil aliud contulit nisi buccellam panis, quatenus symbolum et figura erat corporis sui, an non nugatoria fuisset promissio? Nam multo potiora symbola erant antiqua, agnus paschalis, manna, lignum vitae, quam buccella panis de furno. Et si non nisi buccella panis hic

Rätseln versprochen? Christus aber versprach den Glaubenden dieses göttliche Brot. In Joh 6 sagt er nämlich: *Wer an mich glaubt hat das ewige Leben. Eure Väter haben das Manna in der Wüste gegessen und sind gestorben. Ich bin das Brot des Lebens, d.h. das Brot, das vom Himmel herab kommt, damit, wer davon isst, nicht sterbe. Ich bin das lebendige Brot, der ich vom Himmel gekommen bin; wer von diesem Brot isst, der wird leben in Ewigkeit, und das Brot, das ich geben werde, ist mein Fleisch, etc.*

Daraus wird deutlich, dass der HERR [nicht] von der geistlichen Speise durch den Glauben spricht, bei dem man sagte, dass der, der an Christus glaubt, ihn geistlich esse; denn sonst hätte Christus dieses Brot nur denen versprochen, die bereits an ihn glaubten. Haben aber nicht auch jene, die unter dem Gesetz und vor dem Gesetz gläubig waren, Christus im Glauben geistlich gegessen? Dementsprechend sagt Paulus, *dass sie dieselbe geistliche Speise aßen*.

Da Christus hier außerdem etwas sehr Großes verspricht, so dass er dieses Brot dem Manna vom Himmel in dem Maße vorzieht, in dem das ewige Leben wichtiger ist als das zeitliche Leben, um welches zu erhalten er das Manna gab, wenn er weiterhin nichts anderes gegeben hätte als nur ein kleines Stück Brot als Symbol und Bild seines Leibes, wäre das nicht ein recht wertloses Versprechen gewesen? Denn viel kräftiger waren die alten Symbole, wie das Passahlamm, das Manna, der Baum des Lebens, als das Stückchen Brot aus dem Ofen. Und wenn dies nichts weiter

est, ut quid Paulus hominem panem hunc indigne manducantem reum facit corporis Christi ac si vere ipsum Christi corpus male tractasset?

Et tandem, si non est verum Christi corpus in Sacramento hoc, profecto cum Christus in hunc mundum venerit ad evertendam idololatriam, sua doctrina et institutione ad multo peiorem idololatriam fideles suos perduxisset, nam tolerabilior fuisset idololatria, adorare solem, lunam et stellas aut statuas aureas et argenteas, sive etiam ipsa viva animalia hominesque, quam frustum panis. Nam ipse apertissimis verbis promisit daturum se carnem suam in cibum, postea vero instituens Sacramentum ait, accepto pane: *Hoc est corpus meum*. Paulus etiam ita praedicavit, universa Ecclesia catholica semper et ubique ita intellexit, credidit, adoravit, multis etiam miraculis confirmata ad hoc credendum.

Si igitur falsum est adesse Christi corpus in venerabili Sacramento, profecto in intolerabili idololatriae errore et superstitione universa Christi Ecclesia, quae *columna et firmamentum veritatis* dicitur et contra quam portae inferi praevalere non posse asseruntur, misserrime iacuit. Ad quid ergo venit Christus in mundum, cum tamen uno tantum verbo potuisset Ecclesiam suam a tali tantoque periculo liberare, maxime cum vidit

als ein kleines Stück Brot ist, warum spricht Paulus dann den Menschen, der dieses Brot unwürdig isst, schuldig am Leib Christi, so als ob er den Leib Christi wirklich schlecht behandelt hätte? Und schließlich, wenn in diesem Sakrament nicht der wahre Leib Christi ist, dann hätte Christus, als er in diese Welt kam, um den Götzendienst zu stürzen, durch seine Lehre und Unterweisung seine Gläubigen zu einem viel schlimmeren Götzendienst geführt, denn der Götzendienst wäre erträglicher gewesen, wenn Sonne, Mond und Sterne oder goldene und silberne Statuen, oder sogar lebende Tiere und Menschen angebetet worden wären, anstatt ein vergebliches Stück Brot. Denn er selbst versprach in den offensten Worten, dass er sein Fleisch zur Speise hingeben würde, aber später, als er das Sakrament begründete, sagte er, nachdem er das Brot in seine Hände genommen hatte: *Dies ist mein Leib*. Auch Paulus predigte so, die gesamte katholische Kirche hat immer und überall es so verstanden, geglaubt, angebetet, und wurde durch viele Wunder in diesem Glauben bestätigt.

Wenn es also falsch ist, dass der Leib Christi in diesem ehrwürdigen Sakrament gegenwärtig ist, so unterliegt sicherlich die ganze Kirche Christi, die als *Säule und Stütze der Wahrheit* gilt und gegen die die Pforten der Hölle nicht bestehen können, auf kläglichste Weise dem unerträglichen Irrtum und Aberglauben des Götzdienstes. Warum kam dann Christus in die Welt, wenn er doch seine Kirche mit nur einem Wort von dieser oder jener Gefahr hätte befreien können, besonders als er sah, dass viele seiner Jünger

occasione verborum suorum de esu carnis et potu sanguinis scandalizatos multos ex discipulis suis abiisse retrorsum? Cur hac in re tam parvus Christus? tam parvus Ioannes, qui solebat vel minimas Christi metaphoras declarare? tam parvus apostolus Paulus? imo Spiritus ipse Sanctus, qui datus fuit ut doceret omnem veritatem, cur Ecclesiam Christi talis tantique erroris nunquam monuit? Quid facilius errasse universam Ecclesiam, quae, cum a Spiritu Sancto regatur, errare non potest, an errasse haereticos Bertramum, Berengarium, Calvinum, qui spiritu erroris ducuntur, a patre atrorum spirituum agitados?

IV. Sed iam haec missa faciamus, et videamus quid Christus dicat de veritate divinissimi huius Sacramenti: *Caro*, inquit, *mea vere est cibus*. Cum dixisset: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam*, subiunxit: *Caro enim mea vere est cibus*, cibus utique conferens vitam aeternam, sicut lignum vitae in medio paradisi, quod dabat homini vitam immortalem; ac deinde: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo*, idest unitur mihi sicut palmes viti, et per hanc unionem particeps fit vitae aeternae. Christus enim vita aeterna dicitur; quare

empört waren über seine Worte über das Essen des Fleisches und Trinken des Blutes und von ihm weggingen? Warum ist Christus in dieser Sache so klein? so klein Johannes, der selbst die kleinste Metapher von Christus erklärt? so klein der Apostel Paulus? sogar der Heilige Geist selbst, der gesandt wurde, um die ganze Wahrheit zu lehren, warum hat er die Kirche Christi nie vor diesem oder jenem Fehler gewarnt? Was ist leichter: dass die gesamte Kirche irrte, die, da sie vom Heiligen Geist regiert wird, nicht irren kann, oder dass die Häretiker Bertram [*gemeint ist vermutlich Ratramnus*], Berengar, Calvin, die vom Geist des Irrtums geführt und vom Vater der dunklen Geister angetrieben wurden, in die Irre gingen?

IV. Aber jetzt lasst uns diese Messe feiern und sehen, was Christus über die Wahrheit dieses göttlichsten Sakraments sagt: *Mein Fleisch*, sagt er, *ist eine wahre Speise*. Nachdem er gesagt hatte: *Wer mein Fleisch isst und mein Blut trinkt, hat das ewige Leben*, fügte er hinzu: *Denn mein Fleisch ist eine wahre Speise*, Speise, die durchaus ewiges Leben verleiht, wie der Baum des Lebens in der Mitte des Paradieses, der dem Menschen unsterbliches Leben gab; und weiter: *Wer mein Fleisch isst und mein Blut trinkt, bleibt in mir und ich in ihm*, das heißt, er wird so mit mir vereint wie der Rebzweig mit dem Weinstock, und durch diese Vereinigung gewinnt er Teilhabe am ewigen Leben. Denn Christus wird das ewige Leben genannt; deshalb hat der, der mit Christus vereint

qui Christo unitus est, necesse est ut vitam aeternam habeat. Subiungit autem: *Sicut misit me vivens Pater et ego vivo propter Patrem, et qui manducat me vivet propter me.*

Loquitur Christus homo Patremque Deum dicit ipsamque divinitatem, cui unitus erat: sicut, inquit, ego unitus Patri vivo, quoniam Deus vita est, ita quisquis mihi unitus fuerit, vivet propter hanc unionem; sive: sicut Pater, qui misit me, vivit et ego vivo propter Patrem ipsum, cui unitus sum, ita quisquis manducat me ac per hanc manducationem unitus revera mihi fuerit, vivet propter me. Adhibito ergo Patris exemplo, explicat quomodo, quisquis carnem ipsius manducaverit, vitam aeternam sit habiturus. Hinc tandem subiungit: *Qui manducat hunc panem vivet in aeternum.* Si autem divinus est Sacramenti huius effectus, nempe vita aeterna, necesse est divinam ipsius esse substantiam ipsumque Christi corpus, imo ipsummet verum Christum, qui solus vitae aeternae auctor est, continere, ita ut et Sacramentum sit corporis Christi et verum Christi corpus. Veluti si in scena, in qua repraesentatur regis pugna et victoria, ipsemet rex velit sub habitu occultatus suam ipsius personam agere. Hic enim Christi passio repraesentatur et ipse Christus, qui repraesentatur passus, revera vivus et integer reperitur.

ist, notwendigerweise ewiges Leben. Und er fügt hinzu: *Wie mich der lebendige Vater gesandt hat und ich durch den Vater lebe, so wird auch der, der mich isst, durch mich leben.*

Christus spricht als Mensch und er nennt Gott Vater und die Göttlichkeit selbst, mit der er vereint war: So wie ich vereint mit dem lebendigen Vater lebe, weil Gott Leben ist, so wird jeder, der mit mir vereint sein wird, aufgrund dieser Vereinigung leben; oder: wie der Vater, der mich gesandt hat, lebt und wie ich durch den Vater selbst lebe, mit dem ich vereint bin, so wird jeder, der mich isst und durch dieses Essen wahrhaftig mit mir vereint ist, durch mich leben. Daher erklärt er am Beispiel des Vaters, dass jeder, der sein Fleisch isst, ewiges Leben haben wird. Darauf fügt er schließlich hinzu: *Wer dieses Brot isst, wird in Ewigkeit leben.* Aber wenn diese Wirkung des Sakraments göttlich ist, nämlich ewiges Leben, ist es notwendig, dass es dessen göttliche Substanz und den Leib Christi, ja den wahren Christus selbst enthält, der allein der Urheber des ewigen Lebens ist, so dass es sowohl das Sakrament des Leibes Christi als auch der wahre Leib Christ ist.

So wie in der Theaterszene, in der die Schlacht und der Sieg des Königs nachgespielt werden, der König sich selbst in eine Verkleidung hüllt und verborgen seine eigene Person spielt. Hier wird nämlich das Leiden Christi dargestellt und Christus selbst, der als Leidender dargestellt wird, findet sich dann lebendig und vollständig wieder.

V. Hac autem fidei veritate posita, quae semper in universa Christi Ecclesia ab initio fuit indubitissima, hinc patet magnum mysterii huius miraculum itemque miraculo aequale beneficium. Hebraeis miraculum visum fuit manna, propterea, eo viso, exclamarunt dicentes: *Man hu? man hu? quid est hoc? quid est hoc? Iste est inquit panis quem dedit vobis Dominus ad vescendum.* Ad quod alludens regius Vates² ait: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se;* ubi comparat opus hoc cum aliis Dei operibus et longe anteponeere videtur. Nam cum dixisset: *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius,* sive, ut hebraice est, *voluntates eorum,* idest omnibus numeris absoluta, habent omnia quae requiri et desiderari possunt; nam *Dei perfecta sunt opera,* hinc sequitur: *confessio et magnificentia opus eius,* confessio ponitur pro laude; opus quodcumque Dei omni laude dignum est, nam omne opus Dei divinam redolet maiestatem, et *iustitia eius,* pro beneficentia ponitur, *manet in saeculum saeculi,* id est perpetua est et incessabilis; sed tamen, inquit, *memoriam fecit mirabilium suorum,* etc. Verum alludit sanctissimus vates ad divinissimum hoc opus virtutis Dei, quod revera opus est super

V. Nachdem aber diese Glaubenswahrheit grundgelegt ist, die an in der gesamten Kirche Christi von Anfang ab ohne jeglichen Zweifel war, wird hieraus das große Wunder dieses Geheimnisses offenkundig und zugleich ein Segen, der dem Wunder gleichkommt. Den Hebräern erschien das Manna wie ein Wunder, denn als sie es sahen, riefen sie: *Man hu? man hu? was ist das? was ist das? Das ist,* sagte [Mose] *das Brot, das der HERR euch zu essen gegeben hat.* In Anspielung darauf sagte der königliche Seher: *Er hat seiner Wunder ein Gedächtnis gestiftet, der gnädige und barmherzige HERR, er gibt Speise denen, die ihn fürchten;* wo er dieses Werk mit anderen Werken Gottes vergleicht, und es lange voraussetzen scheint. Denn als er gesagt hatte: *Groß sind die Werke des HERRN, in allen seinen Willen,* oder, wie es auf Hebräisch heißt, *in ihren Willen,* das heißt absolut, in jeder Zahl, alles habend was verlangt und gewünscht werden kann; denn *die Werke Gottes sind vollkommen,* daraus folgt: *Bekenntnis und Herrlichkeit sind sein Werk,* Bekenntnis wird gesagt für Lob; jedes Werk Gottes ist allen Lobes würdig, denn jedes Werk Gottes strahlt göttliche Majestät aus; und *seine Gerechtigkeit* wird gesagt hinsichtlich der Wohltaten; *bleibt von Ewigkeit zu Ewigkeit,* das heißt, sie ist fortwährend und unaufhörlich; aber trotzdem sagt er, dass *er ein Gedächtnis seiner Wunder gestiftet hat* usw. In Wahrheit spielte der allerheiligste Seher auf dieses höchst göttliche Werk der Macht Gottes an, das tatsächlich ein Werk ist, das über allen

² Regius Vates = David, der König und Prophet ist.

omnia opera Dei, opus infinitae potentiae, ideo miraculum omnium maximum est. Opus item infinitae bonitatis et caritatis, propterea summum est beneficium, imo totum miraculum est, sed miraculum amoris qui summe artificiosus, summe ingeniosus est, excogitans supra modum mirabiles adinventiones. Quare Sacramentum hoc, nedum opus est maximum divinae omnipotentiae et caritatis, verum etiam inventum supra modum mirabile divinae sapientiae. Magnum miraculum simul et beneficium mundi creatio, multo maius Verbi incarnatio, sed nil minus divinissimi huius Sacramenti institutio.

Qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Panis, inquit, hic causa est vitae aeternae, siquidem, ut ait, *qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die,* idest, quia ego resuscitabo eum. Confert enim sumentibus digne gratiam, cui debetur gloria, estque corpus Christi in nobis veluti semen quoddam immortalitatis vitaeque aeternae. Sic a divo Ignatio in Epistola *ad Ephesios* dictum est pharmacum immortalitatis, antidotum contra mortem; est veluti modicum fermentum quod totam massam fermentat et in meliorem quamdam naturam transmutat.

Werken Gottes ist, ein Werk von unendlicher Macht. Deshalb ist es das größte Wunder von allen. Es ist ferner ein Werk unendlicher Güte und Liebe, daher ist es ein sehr großer Segen und in der Tat ein vollkommenes Wunder, aber ein Wunder der Liebe, die höchst kunstvoll, höchst genial ist, die überaus wunderbare Erfindungen ersinnt. Folglich ist dieses Sakrament nicht nur ein Werk höchster göttlicher Allmacht und Nächstenliebe, sondern auch ein überaus erstaunliches Wunder göttlicher Weisheit. Ein großes Wunder und gleichermaßen großer Segen war die Erschaffung der Welt, viel größer noch die Inkarnation des Wortes, aber nicht weniger die Einsetzung dieses allergöttlichsten Sakraments.

Wer dieses Brot isst, wird in Ewigkeit leben. Dieses Brot, sagt er, ist der Grund des ewigen Lebens, und mehr noch, wie er sagt, *wer mein Fleisch isst und mein Blut trinkt, hat ewiges Leben, und ich werde ihn auferwecken am jüngsten Tag,* das heißt, weil ich ihn auferwecken werde. Denn er verleiht Gnade denen, die ihn würdig aufnehmen, dem Ehre gebührt, und der Leib Christi ist in uns wie eine Art Samen der Unsterblichkeit und des ewigen Lebens.

Daher ist es vom heiligen Ignatius in seinem Brief *an die Epheser* ein Medikament der Unsterblichkeit, ein Gegenmittel gegen den Tod genannt worden; es ist wie ein wenig Sauerteig, der die ganze Masse durchsäuert und in eine bessere Natur verwandelt.

Christus item fuit granum frumenti, quod cadens in terram, multum fructum attulit humano generi immortalitatis. Non loquitur autem de naturali vita cum ait: *Non sicut manducaverunt patres vestri manna in deserto et mortui sunt; qui manducat hunc panem vivet in aeternum.* Nam quod spectat ad vitam naturalem et temporariam, ita moriuntur nunc christiani, qui divino hoc cibo fruuntur, sicut olim Hebraei, qui manna de caelo comederunt; sed loquitur de vita supernaturali tum animae tum corporis: animae vitam aeternam dat, non quidem naturalem, nam anima natura sua immortalis est et animae etiam damnatorum una cum daemonibus in inferno vivent in aeternum naturali vita; sed dat spiritualem vitam per Spiritus Sancti gratiam angelicae divinaeque quam similem nunc in praesenti saeculo, multo autem perfectiorem in futuro; corpori item dat, non quidem naturalem hanc, sed supernaturalem in resurrectione beatamque tum propter gratiam quam confert, quae veluti pignus est et arrha, imo ius hereditatis vitae illius immortalis et beatissimae, tum etiam propter hypostaticam cum divinitate, quae vita ipsa est, conjunctionem, suo ipso veluti contactu communicat vitae aeternae participationem, sicut ignitus calculus aut carbocalorem. Quare cum ait: *Patres vestri*

Christus war ferner das Weizenkorn, das, als es in die Erde fiel, viel Frucht trug, nämlich dem Menschengeschlecht Unsterblichkeit. Er spricht aber nicht vom natürlichen Leben, wenn er sagt: *Nicht so wie eure Väter, die in der Wüste Manna gegessen haben und gestorben sind; wer dieses Brot isst, wird leben in Ewigkeit.* Denn was das natürliche und zeitliche Leben betrifft, so sterben heute die Christen, die diese göttliche Speise genießen, wie einst die Hebräer, die Manna vom Himmel aßen; aber er spricht vom übernatürlichen Leben sowohl der Seele als auch des Leibes: Er gibt der Seele ewiges Leben, freilich nicht natürliches [Leben], denn die Seele ist von Natur aus unsterblich, und selbst die Seelen der Verdammten werden zusammen mit den Dämonen in der Hölle in einem natürlichem Leben in Ewigkeit leben; sondern er gibt geistliches Leben durch die engelhafte und göttliche Gnade des Heiligen Geistes, die ähnlich jetzt in dem gegenwärtigen Zeitalter und in Zukunft noch vollkommener ist.

Er gibt auch dem Leib Leben, zwar nicht diese natürliche, sondern das übernatürliche und in der Auferstehung selige und zwar sowohl wegen der Gnade, die er verleiht, die gleichsam ein Unterpfand und Angeld ist, ja ein Erbrecht auf jenes unsterbliche und glückselige Leben, als auch wegen der hypostatischen Vereinigung mit der Gottheit, die das Leben selbst ist, denn gleichsam durch ihren Kontakt vermittelt sie die Teilnahme am ewigen Leben, so wie ein Zündstein oder eine brennende Kohle Wärme vermitteln. Wenn er also sagt: *Eure Väter haben*

manducaverunt manna in deserto et mortui sunt, panis ergo ille non potuit, licet de caelo esset, vitam dare corporibus perpetuam, multo ergo minus animabus vitam spiritualem divinamque, hoc enim multo maius et divinius est. At panis iste potest dare animabus vitam spiritualem, caelestem divinamque in aeternum; ergo multo magis corporalem, quod multo minus est. Propterea ait: Qui manducat hunc panem vivet in aeternum, vita utique beata, de qua dixerat: Resuscitabo eum in novissimo die, sed ad vitam, non ad condemnationem; alioquin per Christum omnes resuscitabuntur, sicut per Adam omnes moriuntur. Quoniam vero panis hic sua virtute et efficacia vitam dat toti homini sempiternam, propterea a Christo appellatus est panis verus: Non Moyses dedit vobis panem, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum... Panis enim Dei est, qui de caelo descendit et dat vitam mundo: panis Dei non solum quia divinitus datus, verum etiam, phrasi hebraica, panis optimus, excellentissimus, pretiosissimus, plane divinus, mannae longissime praeferendus, qui etiam efficit hominem Deo similem, quod in arbore scientiae primi homines appetivere.

in der Wüste Manna gegessen und sind gestorben, war dieses Brot, obwohl es vom Himmel kam, nicht in der Lage, den Körpern ewiges Leben zu geben, und schon gar nicht den Seelen geistliches und göttliches Leben; das ist nämlich viel größer und göttlicher. Aber dieses Brot kann den Seelen geistliches, himmlisches und göttliches Leben in Ewigkeit geben; daher [kann es] umso mehr auch körperliches [Leben geben], was viel weniger ist.

Deshalb sagt er: Wer dieses Brot isst, wird in Ewigkeit leben, ein wirklich glückliches Leben, von dem er gesagt hatte: Ich werde ihn am jüngsten Tag auferwecken, aber zum Leben, nicht zur Verdammnis; durch Christus werden wir alle auferstehen, sowie durch Adam alle gestorben sind. Aber da dieses Brot durch seine Kraft und Wirksamkeit dem ganzen Menschen ewiges Leben gibt, hat Christus es aus diesem Grund das wahre Brot genannt: Nicht Mose hat euch das Brot gegeben, sondern mein Vater gibt euch das wahre Brot vom Himmel... Das Brot Gottes ist nämlich, was vom Himmel herab kommt und der Welt das Leben gibt. Es ist das Brot Gottes, nicht nur, weil es von Gott gegeben wird, sondern auch, um es mit dem hebräischen Ausdruck zu sagen, weil es das beste, vortrefflichste, kostbarste, eindeutig göttliche Brot ist, das dem Manna bei weitem vorzuziehen ist, das auch den Menschen Gott ähnlich macht, was die ersten Menschen im Baum der Erkenntnis zu finden sehnten.